UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

XI priores dies complectens

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1863

Porträt

urn:nbn:de:hbz:466:1-72708

Visual Library

PARIS. — TYP. J. CLAYE.

S. S. PIE IX

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Beatissime Pater

Venit ad Pedes Sanctitatis Tuæ primus tomus immensi operis, quod Acta *Sanctorum* inscribitur et quod cum bona venia patrocinioque Tuo iterum a nobis summo studio et diligentia in lucem editur. Ut multa suadebant id dedicare Augusto Nomini Tuo, sic non pauciora esse videntur quibus Tuus ei concilietur benevolus aspectus. Præsides enim divino cultui sacræque liturgiæ, cujus pars non minima in extollenda Dei misericordia posita est, quod *quæ stulta sunt mundi elegit ut confunderet sapientes et infirma mundi elegit ut confunderet fortia, et ignobilia et contemptibilia elegit et ea quæ non sunt ut ea quæ sunt destrueret;* quod gratiæ ejus ope *virtus* Sanctorum *in infirmitate perfecta est;* et quod perenni ejus auxilio *thesaurum* veritatis evangelicæ *in vasis fictilibus habuerint, ut sublimitas sit virtutis Dei et non ex se.* Præsides ecclesiastico canoni, cui ea dumtaxat [illegible] nomina inscribenda sunt, qui non communi, sed præclara [illegible] in hoc mundo, tamquam stellæ in noctis caligine, [illegible] exemplo suo aliis præeuntes et cœlestem viam, quæ arcta [illegible] inventur, demonstrantes. Præsides corrigendis abusibus [illegible] hominum etiam christianorum imbecillitas, non possunt non [illegible] etiam in res sacras et per quos necessitas inducta est ut Sedi [illegible], ad quam perfidia accessum non habet, reservaretur omi- [illegible] solemnes honores viris quantalibet integritatis laude fulgentibus